Martinus Szkothnyczky de Borzecza Subdapifer et Iudex Nicolaus Szworszky de Bedlno Subiudex terre
Sandomiriensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis tam presentibus quam futuris presencium
noticiam habituris Quomodo constituti personaliter coram iure Generosi Iohannes de Chelmow vexilifer Cracoviensis ex una
et Predborius de Conyeczpolye heres de Camblow et Szyrokomlothky partibus ab altera. Talem inter se permutacionem et irrevocabilem
bonorum suorum infrascriptorum recognoverunt fecisse permutacionem. Quia idem Predborius ipsi domino Iohanni vexilifero Cra-
coviensi Bona sua hereditaria videlicet Camblow et Szyrokomlothky, Pro duobus laneis in Zdzarzecz, in quibus resident km-
ethones Iohannes et Stanislaus. Et pro additamento quingentorum florenorum hungaricalium auri puri veri et iusti ponderis
eidem Predborio de facto persolutorum et additorum vero iusto condigni et irrevocabili permutacionis titulo sibi invicem
permutaverunt Commutaverunt ac resignaverunt, Cum omni iure titulo proprietatis et toto prefatorum Bonorum et eorum Laneorum domi-
nio videlicet agris campis pratis silvis borris gayis rubetis mericis mellificiis pascuis indaginibus aquis fluviis rivis rivulis stagnis
lacubus obstaculis piscinis piscaturis molendinis et eorum emolumentis censibus usibus laboribus fructibus laboribus dacys prediis cu-
ryis domibus structuris dacys decimis obvencionibus Et in omnibus et singulis proventibus utilitatibus ac pertinenciis universis quibuscumque no-
minibus nuncupatis nichil iuris tituli proprietatis et dominii ipse Predborius in descriptis Bonis Camblow et Szyrokomlothky, Nec-
non Iohannes vexilifer Cracoviensis in iam descriptis duobus laneis in Zdzarzecz sibi et suorum successoribus penitus reservan-
tes, Ita longe late et circumferencialiter prout ipsa Bona iam descripta ab alys Bonis sunt distincta et ablimitata, Bona here-
ditaria pro Bonis hereditarys terrarum pro ista sibi invicem dantes et perpetue permutantes Et iam eis coram iure realem et
actualem dederunt in prefata Bona ipsis permutata intromissionem per Ministerialem Byalek de Coszyczlaw datum de iure
Et debent se mutuo tueri eximere et eliberare pro prefatis commutacionibus ab omnibus personis status et sexus utriusque iuxta
inassecuracionem et consuetudinem terrestrem prout ad quamlibet personam prelucet prescripcio Et Generosus Stanislaus frater
eiusdem Predborii germanus personaliter stans recognovit Quia huic inscripcioni consensit et a sua propinquitate quam
habet in eisdem Camblow et Szyrokomlothky recessit et eidem domino Iohanni vexilifero prefato resignavit Harum quibus in
testimonium Karum sigilla nostra presentibus sunt appressa Datum Sandomirie feria tercia post festum sancti Petri proxima
Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto Presentibus hiis Nobilibus Iohanne de Chelmow Nicolao
de Bolyschize camerario nostro Nicolao de Zapnyow Nicolao Schratczyk de Mydlowyczy Iacobo Chyzen de ibidem et An-

46

Martinus Szkothniczsky de Boyszia Subdapifer et Judex Necnon Nicolaus Szyworzsky de Bedlno Subiudex Terre
Sandomiriensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris presenciam
presentem habituris Quomodo constituti personaliter coram Iure Generosi Johannes de Chelmow vexilifer Cracouiensis ex vna
et Predborius de Conyeczpolye heres de Camblow et Szyrokomlothky partibus ab altera Talem inter se perpetuam et irrevocabilem
Bonorum suorum infrascriptorum Recognouerunt fecisse permutacionem Quia ipse Predborius ipsi domino Johanni vexilifero Cracouiensi
prefato Bona sua hereditaria videlicet Camblow et Szyrokomlothky Pro duobus Laneis in Zdzarzecz in quibus resident km-
ethones Johannes et Stanislaus Et pro additamento Quinquaginta florenorum Vngaricalium auri puri veri et iusti ponderis
eidem Predborio de facto persoluerunt et addiderunt vero iusto condabili et irrevocabili perpetue permutacionis titulo sibi inuicem
permutauerunt Condescenderunt et resignauerunt Cum omni Iure Titulo proprietatis et toto prefatorum Bonorum et eorum Laneorum domi-
nio videlicet agris campis pratis siluis borris graminibus rubetis mericis mellificiis pascuis indaginibus aquis fluuiis riuis riuulis stagnis
lacubus obstaculis piscinis piscaturis molendinis et eorum emolumentis aucupacionibus venacionibus censibus laboribus datiis prediis Cri-
ciis domibus structuris datiis decimis obuencionibus Et in omnibus et singulis proprietatibus vtilitatibus ac pluribus vniuersis quibuscumque di-
cuntur nominibus Nichil Iuris Tituli proprietatis et dominii ipse Predborius in descriptis Bonis Camblow et Szyrokomlothky ipse
etiam Johannes vexilifer Cracouiensis in iam descriptis duobus Laneis in Zdzarzecz sibi et suorum successoribus penitus reseruan-
tes / Ita longe late et circumferencialiter prout ipsa Bona iam descripta ab aliis Bonis sunt distincta et ablimitata / Bona here-
ditaria pro Bonis hereditariis Terram pro terra sibi inuicem dantes et perpetue permutantes Et iam eis coram Iure realem et
actualem dederunt in prefata Bona ipsis permutata intromissionem per Ministerialem Byalek de Cieszyslaw datum de Iure
Et debent se mutuo Iure communi et liberare pro prefatis commutacionibus ab omnibus personis status et sexus vtriusque iuxta
inscripcionem et conscripturam terrestrem prout ad quamlibet personam pertinet prescripcio Et Generosus Stanislaus frater
eiusdem Predborii germanus personaliter stans Recognouit Quia huic inscripcioni consensit et a sua propinquitate quam
habet in eisdem Camblow et Szyrokomlothky recessit et eidem domino Johanni vexilifero prefato resignauit In cuius rei
testimonium harum Sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum Sandomirie feria tercia post festum sancte Prisce proxima
Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto Presentibus hiis Nobilibus Johanne de Chulrowicze Nicolao
de Wolyschcze Camerariis nec non Nicolao de Zaprnow Nicolao Schrzyczk de Mydlowicze Jacobo Chrzan de ibidem et An-
drea de Chudorowicze Ac aliis quampluribus fidedignis testibus circa premissa existentibus

Commutatio bonorum Kemblow et Scuikomloty pro duobus lanis in Brzeza et 500 florenis Ungaricalibus inter Joannem Tarnowski de Sierakowice et Bardonum Koniecpolski. Anno 1495.

1495
Dec 31